

Biblioteka Jagiellońska.



Insc.

138.

HC. * 12895


(Wist. 374)



Jnc. 138

—
—
—

W. IX. 51c



Inc. Qu. 138.

7. h. m.

I. IESVS,
FRANCISCI ARHETINI IN PHALARIDIS
TYRANNI AGRIGENTINI EPISTOLAS
PROEMIVM:

Quellem malatesta nouelle princeps illustri
tantam mihi dicendi facultatem dare: ut
uel præstatiæ tuæ: uel phalaridis nostri epi
stolis: quas nuper e græco in latinum tra
ductas: & nomini tuo: ut pollicitus sum: dicat amit
to: mea responderet oratio. Vtrum enī assequeretur:
nōmodo non multitudinis: sed ne doctarū quidem
aurium iudicium formidaret. Nam: ut laudes tuas
in aliud tempus remittā .neq; enī huiusmodi sūt
quæ possint breui proœmio complecti. Qui ornatus
quæ tanta esset dicendi copia: quæ nō tuo: & maiorū
tuorum splendore superaretur. Tacebo igitur in præ
sentia antiquissimam malearū familiā: quæ nō fla
miniz modo in qua foelicissimo præcipatu diu floru
it. sed italiæ decus atq; ornamentum clarissimū sem
per extitit. Tacebo maiores tuos. qui & si præstantissi
mi fuerint: tamen si hanc prouinciam assumerem:
tantus mihi recentium: laudum campus pateret: ut
non opus esset antiquiora cōfectari. Tacebo pandul
fum: carolum: & malatestā patruos: quibus nec belli
cæ rei gloria: neq; litterarū (quātū in principibus req
rendum est) studiis. nō liberalitate: non cæteris uirtu
tibus: sua tempora præstantiorē habuerūt. qui adeo
iter se de uirtute contendisse uidentur: ut quē præ
feras difficile sit ferri sententiā. Adeoque oīum iudicio

Planin, 12.895

Ioannes Borsii Curzabouensis



laudat: ut si quid egregium siquid magnificum: si quid
principe dignum: maiores natu meminisse uolunt ex
illorum fortiter gestis acute dictis prudenter excogitatis
exemplum adducant. Accedis tu tantis progenitori
bus digna soboles. nulla ex parte eorum laudibus infe
rior. Cuius ego cum animi magnitudinem: pietatem
liberalitatem mores integerrimos: quæ alias: ut dixi
latius prosequar intelligere: omnium maxime delegi
cuius omnis Phalaris noster inscriberetur de quo
ut ingenue quod scitio profitear. maxime malorum
nostrorum uel negligentiam: uel ingratitude ad
miror qui de tanto ac tam preclari ingenii uiro: uel
nullam poenitus: uel crudelitatis tantum fecerint me
tionem: eoque rem adduxerunt ut eius duraxat saui
tia nota sit omnibus. Animi autem magnitudo: liberali
tas doctrina ingenii acumen: poenitus fileatur. Sed
perfecto maligni iudicis est: uno uel altero uitio aceri
me examinato uirtutum merita subtrahere. Neque arbi
tror adeo phalarim in eos a quibus insidiis petebatur
quam doctos uiros in phalarim fuisse crudeles. Qui
uero & unde fuerint: nemo latinorum quæ sciam: meminere
Cicero & ualerius maximus crudelitatem eis & ca
dem breui attigerunt. Eusebius caesariensis tempora
quibus tyrannidem apud agrigentum exercuit: & ea qui
de dubia a notat. eius autem epistolæ longe magis & condi
tionis eius & more præferunt testimonium. Sed nunquid
ei credendum? Ego quidem inter omnia scribendi genera nullum
uerius quam epistolam existimo. Historia omnium iudicio
uera conprobatur. Verum si recte considerabitur scri

ptorum affectus: amor: odium: moetus: & id genus
alia: quin multa addant: multa subtrahant nemo
asserere dubitabit. Accedit reꝝ silicꝝq; ignoratio:
neq; enim omnibus interfuerunt. & res alienas ple/
rumq; scriptitant: de quibus difficile est preter euen/
tus iudicare: & eos alii aliter sæpenuero: ut fere u/
su euenit referunt. Epistola uero & si in his simulari
multa possunt & dissimulari ueriores tamen esse q̄s
dubitet? Plærunq; enim res nostras scribimus: peti/
mus: negamus: arguimus: res nostra agitur: ex quo
maxime affectus & cuiusq; mores ostenduntur qua
si in hoc quoq; scribendi genere: tum moetus tñ concili/
liandæ amicitiaꝝ gratia: tū ut uiri boni esse uideant̄
nonnulli simulant aliq̄do: non eiusmodi phalarim
contenderim. Et recte quidem: perge queso has epi/
stolas diligenter. Et si illius cōsiderabis ingenium: in/
uenies in phalaride nullum simulationis argumen/
tū. Inuenies maximi animi uirū: q; neminē formid&
neminē ad gratiam alloquatur. Inuenies apertæ frō/
tis hoīnē: q; qđ aīo: id etiā ore hēre uideatur. q; nul/
lā boni uiri opinionē aucupet. quippe qđ & gloriā
& omniū adulationē recusatq; contēnat. Vis idē/
os. ī patriā: pieratis exemplū? Hēsphalari: q; & de his
pie loquitur: & exul ad restituendā patriā atq; ornan/
dā: pecunias dilargitur. Vis studioꝝ musæq; ama/
torē phalarī ītuere qui stesicoꝝ pœtā inimicissimum
captum a se: musarum reuerentia seruauerit. Vis li/
beralitem: quē phalatidi præpōs. Neq; enī quod
non accipiat: sed quod a se munera non accipiatur

sæpe conquerit. Quis bene de se meritis gratior pharide; qui manifesto coniurationis crimine contra se deprehensum: medici sui precibus cõdoauit quot pluribus sponte sua peccit? Hec & huiusmodi plura quod dignissimo principe in his epistolis facile quod poterit inueniri. Et firmissimum est ueritatis argumentum semper sibi constat. Neque enim ulla fieri ratione potest: ut si laudo quispiam semper eundem tenorem seruare: ne affectu & conscientia uel inuitus ad animi morbos ostendendos non nunquam trahatur. Ceterum in his epistolis nihil grauius: acutius: pressius: & grecorum & latinorum pace dixerim: in hoc scribendi genere inuenies. Cuius dicendi caracterem utinam mea assequi potuissim & oratio: sententias tamen spero me assecutum: quas & prudentia & sapentia. plenas & ad beneuolendum principibus maxime accomodatas quod negauerit? Hæc igitur quom in manus mihi uenissim & elegantiam admiratus dolui eas duo milia fere annorum nostros homines latuisse. Quare non arrogantia: neque enim uires meas ignoro: sed quom qui ingenio & doctrina ualent: has nescio qua ratione adducti in latinum uertere neglexerint. Ego & si supra uires onus me subiturum intelli gerem: subii tamen: satius ratus incultiores haberi quam nullas. Crudelitatis autem qua omnes eum accusant: non tantum mihi ipse arrogo. ut melius quam tam ipse se excusare existimem. Ipse causam suam agit quæ quam sit probabilis tua poterit præstantia iudicare. Id tamen dicam: quod ad eius defensionem non parum facere arbitror. Ex primis siciliæ tyrannis

fuisse Phalarim superbi tarquinii temporibus. Nam
& Pythagorā ad quem Phalaris scribit eo regnante
floruisse & liuius & Aulusgellius & eusebius asse-
runt. Eo tempore siculi tyrannidis expertes & peregri-
no & exuli cretensē enī & apatria a stīphalide exulē
se ipse testat. Et ei quē paulo ante ne parē quidē ha-
buisset parere idignabāt. Hinc populorū odium: hinc
coniurationes: hinc phalaridis moetus & quæ de eo
ferunt crudelitates emanarunt: Quod licet benigni-
tas tua & mox tuorū præstātia talē cū subditis semp
se gesserit: ut nihil quā te carius nihil tibi magis q̄
uitam quā foelicitatē precent uel aliorū principū exē-
plo quid moetus possit non ignoras. Vnū preterea in
his epistolis me nō parē pturbauit quod nōnullæ ita
mendosæ sunt: ut nulla possit rōne earū sētentia cōie-
ctari. Nec mirū quom etiam familiares ciceronis epi-
stolæ q̄ frequēter in manibus hēmus librariorum in-
curia quā mendosissimæ inueniant. Eos egi locos ā
notaui conatus: tamen in quibusdam nō absurdam
pro loco ferre sētentiā. Quod si particulis illis correc-
tis ad præstantiam tuam mittam. Sed iam phalarim
ipsum & audiamus.

¶ Phalaris alciboo.

Policletus messenius quē proditionis apud ciues
tuos insimulas: morbo me incurabili liberauit: nec
ignoro me doloꝝ tibi & lachrymas nūciare. Tu at ne
pse medicæ artis inuentoræ culapius cū omībus di-
is sanare unq̄ potuisset. Aduersā enī corporis ualitu-
dinem ars sanat. Animi at morbo sola mors medet:

q̄ tu p̄ multis & magnis sceleribus. n̄ qd̄e coactis: quoru me arguis: sed uoluntariis grauissimā expectato.

¶ Hieronymo.

Bogasti me quibus adductis rationibus leontios in agrum quem mihi auferunt contra me impetum facientes: uicturum me celsuerim. Ego uero quod iustiorē causam habeam omitto: quippe qui non solum belli auctor. sed per pulso illatum. Hoc enim nullius est apud uos momenti: illud autem quod & si uos dissimuletis: scire tamen uos necesse est. Dicere sane possum uiris fortibus: pecuniis: nauibus equis me superatū: quoque omnium uos indigni cum eo hoste certatis: quod & horum & fortunæ opuletissimus est.

¶ Nicophemo.

D Vos in leontiorum concionem miserabili cruciatu perisse enūerasti: eos quom nobis infidias tederet: iterimus. Tu autem non intelligis quom calamitosum eorum desiles iteritum non solum his exemplis nobis non moliris infidias: sed in leontinos quos in bellum: contra nos cogis prigiore reddere: ut in tale hostem iniuste bellum moueant. Neque enim fieri potest eundem & odio heri propter crudelitatem: & propter mollitiem orari. Quod si ad uota res succedat neque his certantibus uobis in uicinis: neque cōcedere dehortamur.

¶ Timonatri:

Hic bello leontinos: ut autem dolori sufficias: nec penitus absumaris non omnia tibi significamus quemadmodum una cum iis thauromenitanos & zaelenses eorum socios superauimus. Neque quod captiuos talentis centum pro his acceptis dimisimus: quod prope qui nolim te tam foelicis nunciis dolore extincto in merito uideri hominem interemisse.

Policleto medico.

Nescio quid de te potius admiter policlete me-
dicinæ facultatem: an morum fidem: facultas enim
aduersam tyranniualitudinem: mores enim tantæ ce-
dis premia uicerunt: per hæc abo iustitia tua discer-
rens: duobus me periculis periclitatem: ui scilicet in-
curabilis morbi: & hostium premiis liberabit. Soli nã
q; tibi licuit si morbo periissem: tyrãnum uideri inte-
remisse. Sin mius quom quicqd mihi dederis: id pro
pro animo ad salutem accederim: me interimere: qd
tibi plurimum adeiusmodi premia consequenda p/
fuiisset. Verum enim uero noluisti premium iustum
iustæ laudi præfere. Siquidem fortasse occasio illa
temporis ad me interimendum propter morbũ iustæ
cædis causa non habuit. Ego igitur quod ita mecum
egeris quom in tua essem potestate. dignã tãta uirtu-
te laudem referre nequeo. Hoc unum scio eam te af-
secutum doctrinam: quæ deo digna sit: qui medicinæ
artem inuenit. Verumtamẽ cũ medicinæ & fidei lau-
dibus: nisi ad te animi mei erga te monumenta puri
auri phialas quattuor. Crateres argenteos non nostri
temporis artificij duos. Poculorum thericlorũ paria
decẽ. puellas ipollutas uiginti. Quiq; gita milia athico-
rũ scipsi præra & teucro: ut i rege meæ dispelatiõe id
tibi salariũ dar & qd nauiũ guberãtoris & corporis cu-
stodes: & rliq; ceteroẽs accipiunt puã pfcõ p tato bñfitio
uicẽ. Sed addat miõri meæ gratitudĩ me ofiteri ñ hẽ
quo pacto pro meritis tibi debitam possim psoluerẽ.

Vide Joham
in epist
hij gubcola
hny iacob
Cuiacii

p

¶ Policleto medico.

Liberaui tui gratia Calleschrum qui mihi tam manifeste insidias fecerat: ut non solum eas confiteretur: sed coniuratos etiam indicaret. Adderetque quo loco & quando & qua ratione me aggressuri essent. Atqui immemoris uiri esse uidebatur hominis salutē ei denegare qui salutem aliis elargiatur simul etiam reputabam meum esse talem gratiam referre medico qui me liberauerit. Tum autem longe decentius accipere qui medicinæ princeps es: & omnes sanas indigētes. Cognoscat autem suā temeritatē Calleschrus quod uitā a te gratiam accipit quam alii iniuste abstulit. Abstulit enim quantum in eo fuit quāuis fortuna nō permiserit.

¶ Messeneiis.

Avdio Policletum medicū uestrū tanquā agrigentorum p̄ditorem. accusare quod quom me grauissimo morbo laborantem interimere potuisset eo me liberauit & iustitiæ eius laudē iniustitiæ accusationem uentiri neque uos huiuscemodi cōfiteri pudet. Ego autem admodum eius artem: sed longe magis eius mores admiror quod quom me tanquā morientem suæ fidei creditū haberet non ut tyrānū interemit. sed ut ægrotū omni conanime in pristinam restituit ualitudinem. atqui uestris calūniis ne minimo quidem detrimento affectus est. Mea uero in se liberalitate inter siculorum ditissimōs in primis potest ānumerari. Nō igitur ignoro quin ob meam in policletum liberalitatē omnes agrigentorum p̄ditores: potius quā phalaridis p̄

curflores dici exoptetis.

¶ Messeniis.

Non ignorabam quin de tripodibus delphicis & aureis coronis: & aliis multis pretiosisq; muneribus quæ diis uestris recuperare bonæ ualitudinis gratias alterum faceretis. ut scilicet aut ipsis diis pie offeretis aut iis neglectis iter uos ea partiremini quod ipsi fecistis. Simulata namq; mihi iniuria ac si nostra qui ea misimus gratia prophana fuerunt: in deos sacrilegium commisistis. Quid enim refert munera iâ dicata an tantum destinata diis auferre: utraq; enim illorum non mitentium sunt. Nos igitur gratiam in deos: uos impietatem ostendistis. Siquidem & dantem me & uos rapientes nouerunt. Satis autem habeo: ut deorum qui a uobis spoliati sunt iram expecti uos ipsos scelestos intelligatis. Nam cum ex aliis: tum ex eo quod missa a nobis munera esse uobis lucroputastis. nihil eorum sceleratum esse confitemini nisi forsità ipsi thesauri duplicem sortem habeant si iter uos distribuantur bonam: malam: si diis dicent. Preterea palam uos impios impietatis arguitis. Principes enim decernendæ hostilis pecuniæ causam ad populum referunt. uos autem populus ad principes. Et quod omnium grauissimum est deos tanq; malos homines si munera a tyranno accipiant proditiõis insimulatis. Verum tres qui sententia ur̄a bene rem publicã gerunt: qui uenõ semel messanã: quẽadmodũ agrigentũ: si quas petierant pecunias dedissem meæ ditioni subdidissent: ip̄sone dimittitis. Cuius rei causa ẽ. quod eadem estis qua illi sententia neq; libere in

huiusmodi auctores animaduërtere potestis: quom omnes capiendis muneribus sitis obnoxii. Sed ne uidear munerũ gratia hæc dicere ne minimum quidẽ hanc amplius curam suscipiam. Meritas uero temeritatis uestræ pœnas dabitur quos uiolastis & de me & de his quæ ipse in eos ausi estis. Valet. Valet at quom duplicem habeat significationẽ nolĩ uos ignorare in deteriorem partem esse accipiendam. o

¶ Megarenlibus.

Non quor de ingratitude uestra: quod quom de uobis sepe numero bene meritis sim in finitũ orro uersa quæ mihi cum finitimis erat falsum cõtra me perhibuistis testimonium. Meã autem accuso stultitiam quod a uobis frequenter lacestrus adhuc nõ si factus sapientior. Nam quom nullo unquam tempore nostrum erga uos beneficiorum memores fueritis nos tamen ac si ea nunquã obliuioni madaissetis nostram erga uos beneuolentiam liberalitatemq; semper ostendimus.

¶ Thirseno.

Suos qui necessario iuste aliquid admiserunt in posterum meritis expectare pœnas oportet: quem admodum in egestentium consilio es concionatus: quom opera ad diuinam prouidentia retulisti quæ nam spes de te ipso habeda ẽ quom nõ ex necessitate: sed spõte tua & cõsulto iniqua omnia prolaboris. o

¶ Leulippo.

Alilio tuo propter iuuentam: tibi pp senium peiusquam uis nullam ueniam mereamini. Verum

nisi a temeritate desistatis: neq; illum iuuenta neq; te
seniū eripiet: Immo eo uos grauiori supplicio affici/
mus quo maiore: uenia dignos duximus. ◦

¶ Cleostrato.

AD modum mihi risu dignum & admiratione
uidetur ut: quispiā ad monitiōibus tuis melior fieri
possit: & continentior. Quippe q̄ alios castigare uult
omni eum crimine libere esse oportet. Tu uero & his
quæ in alios reprehēdis crimībus: & innumeris aliis ob
noxiiis tanq̄ oīo irēprehēnsibilis: aliorū errores corripis.

¶ Menacli.

T equos tibi paratos ad pugnam misimus: &
teucro ut pecuniam daret & mādauiimus. Si qua alia
re tibi opus est. ne pigeat ad me scribere. Nihil enim
tam magnum a nobis: petieris: qn̄ id tibi libenti ani/
mo largiamur.

¶ Aglao.

Hesauros nostros quoscūq; nobis deus largitus
est ad fortunæ mutationes condidimus nō ī sinu ter
ræ quemadmodum admones. sed ī amicos quia no/
bis dona accipere non dedignantur. Tu uero neq; in
hoc benignum te nobis exhibes: utq̄ tum in nobis ē si
principatu deiiciamur ullam spem habere possimus
Atqui si non prius: nunc saltem nunquam depositū
accipias mihi seruandum: & in hoc amici mutere sū
gare. Nullā enim terræ partē fidam nobis ducius:
si uobis amicis optimis tanq̄ pulueri diffidamus:
Qui si fortunati fueritis: quam uis me aduersa for/
tuna prostrauerit: latus tamen nihilominus sælicem
me existimabo.

Quom neq; uidear: neq; sit iniustum eum qui pri-
or iniuriam intulerit ulcisci: quom primum nos lae-
ris a nobis postmodum idem expecta. **¶** Herodico.
¶ Lius iniuria affectus nullam inferenti minef-
ultionem ut q̄ minimum apud illum suspectus habe-
atur. Ego autem degeneris uiri officium existimo ne-
scium atq; incautum aggredi. **¶** Quare quom me le-
seris ultionem caueas admoneo: ut ante expectatiōis
mœtu: tandem ipso supplicio torquearis. ◦

¶ Aniphoeto.
Quera tua & his quæ misimus & lōge maioribus
premiis digna sunt. Mea aut̄ p̄scrutari noli. Nihil. n.
in his potius q̄ silentium ducimus.

¶ Amphinomo.
Quom i uiros bonos aliquid confero: non dare
mihi: sed accipere ab his potius beneficium uideor.
Quare te rogo ne tāq̄ dantē me: sed debētem tibi gra-
tiam eo quod quæ misimus accepistis: existimes. ◦

¶ Erythiæ uxori.
Quæ tua mea causa plurimum tibi debere gratiam
intelligo & cois filii quē tibi reliq; erythia. Mea q̄ quō
patria exularē: uidua p̄mā eēt q̄ cui piā nubere malui-
sti: quom te plurimi uxore expeterēt. Filii qm̄ tu i eo:
& m̄ris mūere & p̄ris fūcta es: neq; uig; aliū p̄ phala-
ride neq; filiū p̄ paurola tibi delegisti: sed p̄ secūdo ui-
ropriore t̄nta es p̄ alio at̄ filio quē ex priore conce-
peras edurare satis duxisti. perge igitur: & uiri & filii
gratiam in eā quā sp̄ote tua cœpisti educationē usq;
dum pro ataræ doctus neq; patris amplius nequæ

mr̄is idigeat Hoc ego abs te tanto studio contēdo: nō
quod matri & huiusmodi: maxime in filii beniuolē
tia diffidam: sed ut pater unico filio metuens: Pote
ris aut̄ ex ai tui affectibus pr̄m̄ in filius moetu in/
tellecto: mihi quod sic ad te scribam: ignoscere.

C. Paurola filio

M Axime utrūq; parētē fili mi amare te de/
bet & plurimi facere. Filio nāq; & pium est & hone
stum: ut genitorū: & qui in eum tot beneficia contu
lerit recorderetur. Quod si in altero ab officio desiste
dum sit: patrem potiusq; matrē negligas oportet. Nō
enim parua tibi sint & patris: & matris: in educatiōe
filiorū officia. Sed hec qdē quom eos tulerit peperit
educauerit: innumeros quocq; alios pro his subit labo
res Ille at̄ quom a matre educatus sit filius & adul
tus nō minus eius se fructū promereri arbitratur qm̄
nihil in eius educatione molestum tulerit. Peculiar̄
autē quoddam & magis proprium quā cetera ma
tres tua in te hēt: propter meum exiliū. ut enī te edu
caret plurimū laboris p̄pessa ē: ab oīe curas sola su
stinuit. Tu igitur quæ utriq; parenti officia debes:
uni matri q̄ōnes p̄ te labores subiit redde: paternis
nāq; officiis materno amore satisfacis. Nihil ego ā/
plius abs te efflagito: si ī tam quam debes pietatem
ostenderis. Immo & accepisse abs te maiorem imo
dū beneficiū p̄fitebor. Decens eī ē si matri gratiam
promultis ī te officiis rettuleris: maximū a patre be
neficiōe tuōe initium existimari.

C. Paurola filio.

Que a parte in filium debentur officia tibi Præstiti/
nius paurola. que uero tu patri debes. si quom pos
sis: reddere negligis: uehementer erras. Audio enim
te bonas artes quo sæpenumero te accusaui contem
nere. Nullum autem aliud abs te pero beneficium:
si hoc spreueris. Atq; scias uelim eruditionis utilita
tē: si mihi obtēperaueris: non eum qui gratiā accepe
rit: sed qui dederit: longe maiorem consecuturū.

I Erythiæ uxori.

SI nostre tyrannidis in cœtu paurolā agrigentum
mittere non audes. tibi & tāq̄ mulieri: & tāq̄ matri
unico. filio timenti ignoscimus. Sin tāq̄ sola non me
cum eum genueris. soli tibi habendum censes: ini
quæ causam parentum diiudicas. Rigidissimo enī
iure patris filius est: non matris humani uero utrius
q; par. Si autem quod aliquando patri filium cesse
ris: iccirco in eo ius tuū minui arbitraris: quid de eo cē
sendū ē: q; ne particeps quidem unquā fuerit. Aequi
orem igitur represtiteris: si eū ad me miseris: non se
rius: sed q̄primū: cum his muneribus ad te rediturū
quæ phalaridis & erythiæ filium deceant. Vt si nō
mecum. sine me saltem opulenter & laute uiuere pos
sitis. Quis enim familiarium gratia: uxore & filio ne
glectis locuplectari cuperet? ego sane uestri studio
sus: ut uirū & partem decet statui regē meaq; non mo
dicam patrem in uobis dilectissimis collocare. Et quā
celeri me quidem: cū aliorū tu aduentantis senectu
tis gratia: maxime autem ppter morbū qui nup mi
hi grauissimū cōtigit: q̄ppe q; me admonet ut ultimū

uitæ terminum homini presentem diem semper existi-
stimè Aduentum autem ex certa agrigentum: & rur-
sum ad te reditum: patris beniuolètia tutiorem: quàm
maternus moeror prestabit.

C. Paurolæ filio.
Quoniam abs te sexcentorum aureorum pondus
& bonæ fortunæ: & eius qui misit gratia accepimus
Qua nos ea tantum die qua patris diis pro uictoria
aduersus leōtinus uota soluimus coronati dono ma-
tri tuæ erythiæ misimus: Neminem enim tam pre-
tioso munere quam matrem digniorem inuenimus
Vtinam tu & decentior nobis & gloriosior corona fi-
as: quom parentum uotis: ut te decet: satifeceris.

C. Paurolæ filio.
Quom in himeram necessario uenissetm stesicori
filias: quom pœmata canerent audiui. Partim quæ
stesicorus prim quæ ipse uirgines ediderant. Harum
uero carmina sthesicori carminibus in fericra Aliorum
autem: si quis ea compararet longe erant elegatiora Quam
obrem & eum qui docuerat: & eas quæ præter natu-
ram: in tantam uenerant eruditionem. foelicissimas
duximus. Age igitur paurola: maxime enim hac quo-
que causa delidero: ut doctrinæ inuigiles. qua tandè
sententia corpus armis uenationibus aliisque exerces
laboribus. Animum autem grecis litteris disciplinisque in-
cultu reliquis: & quæ primū & non solū in his exer-
ceri oportuerat. corporis eius cura est hūda bonæ ualitudinis
uel corroborandorum membrorum gratia nisi quis in sacris agoni-
bus exerceri uelit aut uero mors omnes eum intelligere oportet &

dignitate uictus: sit nisi fortasse: quod pleriq; accu/
fant: ad tyrannidis cupiditatem aspiras: ac si tibi iu/
re ipso conueuiat: iccirco uires corporis exerces: tan/
quam tibi ad huiusmodi principatum assequendū
necessarias. Verum si recte sapias: ab eo quem prin/
cipatus pœitet sententiam accipies: qui non sponte:
sed coactus hanc sibi uitam delegit. Qui tyrannidē
expertus, tyranno subiectus: quā tyrannus esse mal/
let. Ille enim unum dumtaxat tyrannum formidat
aliis incommodis liber. Tyrannus autem & qui ex/
trinsecus insidias moliuntur: & qui se custodiunt ti/
met. Neesse nanq; est ut in formidine & miseria ip/
sos primum uereatur custodes. Quare sapientius ac/
cepta consulentis patris beniuolentia: æqualē te om/
nibus exhibeas: perpetuos uero moetus & periculo/
rum sine ulla quiete arbitrium & hostibus & hostiū
filiis relinuas: Quod si rerum inexperientia & iu/
uentute pulchrum quiddam & iucundum tyrannidē
& non potius supremas calamitates existimas: maio/
rem immodum aberas: & profecto ob eius ignoratio/
nem. Verum tamen deum precare ut nunq; ī tyrāni/
cæ fortunæ experientia uenias:

C. Camarinensibus
UT in gelliā misi: & ad leontinos & ad uos item
mittendum existimaui: ut mihi imprefctia auxilio
essetis. Neq; enim armis: neq; equis indigemus neq;
uiris quoq; uaciam dicitis habere ciuitatem sed pe/
cunia. Leontini nobis quinq; talenta q̄primum mi/
seruut. gelliū pmiserūt decem. Vos autē neq; leontinis

tardiores: neq; gelliis minus liberales arbitramur:

Lycino.

Non recte in leōtinorū concione: me ac si affuissē: tibiq; potuissē respondere: interrogasti. **Q**uis unde quibus ue sim pgenitoribus. Ego uero quē ad modū metipsū phalarī laudamātis filiū genere a sty phalēsem: patria exulem tyrānum agrigentīnorum multa expertum & aīo ī hūc usq; diē iuistō. Nō se secus uoui lycinū cynedū ī pueris. in iuuēibus salacē: ī mulieribus adulterū: temerariū in legibus: luxurio sū ī uoluptatibus: segnē ī pace: ī bello desertorē q; et tuage ī me cōcionū & horum quibus te reprehendo scelerū mihi poenas dabis: si nō citius: ad saltē quonī leontini meo ī se bello defessi te mihi captū tradent.

Leontinis.

Si meū cōtra uos bellū solui desideratis: nihil ue riti. mihi lycinū tradite: ut omni ira & indignatione ī eum effusa: a meo in ciuitatē uestrā furore desistā. nihil enim in eum grauius animaduertemus: q̄ uos omnes cupere intelligamus.

Leontinis.

Leonidam quem res meas exploratum misistis captū a me: cum interimef possem: liberaui. Non ut uobis rem gratam facerem sed ne quaterē qui uobis meum contra uos belli apparatus certo signifi caret. Et enim ipse sine cruciatu: libere mihi uestros cōtra me paratus aperuit. Vos scilicet omnium indignos prāter quam famis et formidinis: quibus abū dare plurimum uos attestatur.

Quom mores tuos optimos: & incredibilem erga omnes humilitatem intelligam: quodque proxiorum felicitates pie & humane propter dolores ducas & calamitates breui ad te scripsi: & causa mea: & navalis pugna: & legionibus: & equestri tandem certamine uicisse: ut hoc nuntio quemadmodum bonum benignumque uirum deceat: perpetuo doleas ingenioque & tantam perditis tuis moribus debitas poenas suas.

Pythagoræ philosopho:

Phalaris tyranni a pythagoræ philosophia differre plurimum uidetur: nihil tamen prohibet quin rebus etiam sic se habentibus certum nostri periculum faciamus. Fieri enim potest: ut quæ longe distant in idem redigat consuetudo. Nos ex his quæ de te accepimus: uirum te optimum esse nobis persuademus. Tu autem noli adhuc de nobis ferre sententiam, falsa enim quæ de te habetur opinio me offendit. Verum mihi totus non est ad te accessus: propter meam quæ accusor tyrannidem, si inermis: & sine satellitibus uenire, capere facile possem: si armatus & militum munitus praesidio suspectus forem. Tu uero omni liber periculo: & uenire ad me: & sine metu adud me esse: & mei periculum facere poteris. Si tanquam tyrannum me spectaueris: priuatum: potiusquam tyrannum inuenies. Sin ut priuatum: habentem etiam aliquid ex necessitate tyranni. Huc enim principatum nullo pacto sine crudelitate optinere possum. Quod si humanitas in tyrannidem tuta esse posset: non alio modo gratia: sed hac quaque recum esse

desidero. Viam namq; mitiore: tuis aggrediar admo-
nitionibus: si una cum pythagoræ sententia: ueritas
quoq; certam mihi salutem pollicebitur.

Thoraci.
Tum me ipsum tanq; obscure scripseri: an-
te tanq; consulto intelligere nolis accusem: nescio. Vi-
ginti inquam milia tibi ex rationibus restant. sit aper-
tus doceri uis: q; te alia quã uelis ratione doceat bre-
ui a nobis expecta.

MAriphradi.
E meritas: & iuuentutis inscitia innumeros
homines perdidisti. quibus duobus affectibus
filiũ tuũ agi: non ignores uelim. Qui quom-
me hisdẽ quos memorauisti furoribus ad uisita pro-
uocari: me tamẽ continui: tibi nõ illi ignoscẽs. Mul-
torũ enĩ testimonia incredibilis tua perhibetur hũmi-
tas. Iccirco nõ putauisti ob filii malitiã nihil male meri-
ti patris senectã dolore afficiendã. Quippe q; quom-
unũ duntaxat filiũ habeas: & si omnino malũ: alteri
us tamẽ successoris inopia diligis: prauitate enĩ filii:
patris beniuolentia uicit. Verũ nisi iam desinat: tuisq;
& meis pareat admonitionibus: non ignoret & tibi &
mihi breui meritas pœnas daturum. Ne aut malitiæ
pertinaciam ignoratione excuset: eadem dare: & ad-
te: & ad illum epistola misimus.

Niceneto.
Quod sepe uero patri tuo scripsimus imonitũ facerẽ
ut a temeritate cessares: effecit forsitã ut odii tui formi-
dã id nos rogasse arbitrareris. Ego uo an sic seheat ne

scribendum quidem cēseo. Atqui cum itelligerē patrem tuū senē modestissimū: neq; alios hēre filios illius misertus: & nimia tuā ob aratem audaciā parēs in hunc usq; diem te pertuli. Te autem neq; patris in unico filio periclitantis senectā miseret: neq; tibi consulis qui ita in peruicacia perstas. Sed forsitan quoniam nihil in te grauius aīmaduertimus quom cessare uolueris licere tibi existimas: quod nequē lōge te potentioribus licuit. Quod igitur tibi optimo datur utrum cōmodius ducas: nolī thimandrū imitari sed utili potius iūco q̄ exitioso cōsultorū uti uelis.

¶ Anthimaco.

Si reddere mutuū potes et tamen non reddis spē te tua malus es. Si quod reddes nō habes & si malus omnino nō sis: lādis tamē Inuoluntaria: n. si hūane cōsiderentur uenia digna sunt. Atqui ueniam reddēdi dilationem: non penitus desperationē esse scias.

¶ Aristhomeni.

Noli agere ferre uulnera quā in bello accepimus grata tū mihi est tua in me beniuolentia & humanitas. Verum tantum abest: ut ea siquiore aīo ferā: & si parum a morte abfuerim: ut & si diutius me uiuorum mihi persuadeam: optassem: celerius in bello occubu isse. Quid enim uiro generoso melius q̄ i uirtutis & uictoriae contentione fortiter uitam finire.

¶ Xenopyti.

Non me perturbant calumniā: neq; opiniones quas de me homines habent: q̄ iniuste me accusant

nec ulla alia causa: quia euenire intelligo, alios natura malos, me aut huiusmodi esse necessitate: quæ diis potentior est. Verum hoc iuicè differimus: quod quom mihi principatus gratia plura liceat: quod si mihi profiteor. Vos aut priuati legum formidite: opera uera dissimulatis.

Cathaniis.

Quom ad me ciues uestri captiui deducerent: non nullos: quom omni spe decidissent: quod non admodum uobis eorum uita curæ erat: liberaui. Non quod mei erga uos odii obliuiscerer, maxime namque obliuiofus essem: si minorem ira mea ultionem a uobis accipere satis mihi existimarem. Verum quom pro meritis mihi poenas dabit: quot & quanta in me admiseritis: uobis commemorabuntur.

Cathaniis.

Nos fortasse satis mihi poenarum dedisse de his arbitramini: quæ in me: & meos inique egistis: quom pro triginta uiris impie a uobis combustis: quingentos milites: pro septem direptis talentis: plurimos census amiseritis. Ego uero quæ in hunc usque diem passus sum, eorum quæ passuri estis, pro hoemium fuisse annuntio: adeo ut quæ nobis fautoribus hostes uobis mala inferent confiteri erubescendum sit. Non tamen contra uos odium meum remittam, donec quæ mundum regit prouidentia, eandem in eo gubernando seriem prosequetur. Indicam autem uobis bellum: non tam mea: quam deorum gratia in quorum manibus est seruire omnia & perdere est, siquidem diuinam sortem, ut reliqua naturæ elementa etneus ignis sortitus est

in quem quom impie innocentes uiros proieceritis. n̄
phalarin: sed qui omnia conspicatur solem uobis si/
micum comparastis. ¶ Crithophemo.

Boni amici officium: & tu: & omnes qui plus
æquo meam extollitis fortitudinem facitis: quom cō
silio & opera nostra uictos a nobis leontinos prædica
tis. Certo autem scimus quæ necessaria fuerūt: nos
diligenter prouidisse. exoptatissimam uero uictoriā
a fortuna confectam. Nihil est enim in humanis re/
bus: uir amicissime: siue magnum sit: siue: exiguum
quin illius nutu agatur.

¶ Polignoto.
Quod donare tibi aliquid impostero: & scribere
desinam polignote. Cessato autem & tu a laudibus:
quas de me apud alios prædicas. Re enī me accusas:
quom mea renuis munera: uerbis me: & laudibus p/
sequeris. Neq; animaduertis sermonem: rerū umbrā
a sapientioribus existimatum. ¶ Aliocho.

Sloriari profecto de nobilitate: ut d̄ alio quo
uis bono licet. Ego autem uirturem solam nobilitatē
scio: cætera omnia fortunam. Et fieri quidem posset:
alius ex ignobilibus parentibus clarus: alius ex claris
ignobilis: ipseq; se ipso & abiectissimis ignobilior. Ita
q; animi uirtute apud siracusanos laudibus profeq;
debes: non maiorum mortuam in ignobilibus suce/
soris nobilitatem. ¶ Demotheli.

Ignosco tibi quod ita me admoneas: q; enim
nunq; tyrannus fueris: tyranno tyrannidem deponere/
re consulis: ne q; deorum mihi quēpiam affers secu

ritatis fidei uisorem: cui fortasse fidem habere possē:
Te autem dignum censes: cui tanta de te acquiescam
neq; animaduertis fere periculosius esse deponere pri-
cipatum: quam occupare. Assumam ita de tyrānide:
quemadmodum de generatione & uita. sentiendū ē:
Neq; enim homo: si fieri posset: ut antequam nascere-
tur quæ hāc mala passurus esset audiret. nasci unquā
uoluisset. Neq; priuatus qui tyrannidi studeret: si il-
lius intelligeret calamitates: tyrānus potiusq; priua-
tus esse uellet. Sic demotheles homini non nasci: &
prinatum quam tyrannum esse utilius intelligo.

Quod si ante occupatam tyrannidem: eius mi-
hi narrasses conditionem: & hoc mihi tunc dedis-
ses consilium: obtemperassem profecto. Sed quom ty-
rannus sim: & principatu coactus in multa incidere:
non modo hominum nemo: sed ne deorum quidem
potentissimus hanc tyrannidem deponendam mihi
persuaderet. Haud enim ignoramus quibus: quāuis
q; nos affectos supplicis ab iis in quos grauius aīad-
uertimus: uitam profecto finire cogeremur.

Epycharno.

M Vum & demothelis de deponenda tyrānide
consilium: non ab odio: sed rerum ignoratione profe-
ctum intelligo. Agredi enim tyrannidem appetentis
est: desistere autem minime: propter multa quæ a ty-
ranno iniuste comittuntur. quemadmodum sagit-
tarius: quom primum sagittas emisit: non amplius
habet eius reuocandi potestatem. **Q**uod si fieri po-
rest ut huius tyrannidis tollatur initium: id facite

quæso. Sin nequit: sciatis uel: longe mius fieri posse
ut uestri mihi monitus conferre uideantur.

Epycharmo.

Sufficis solus nobis: quom iustos nos arbitraris
& si nemo huiusmodi tuo de me testimonio credat.
Vnus enim: & talis uir omnis mihi siciliæ norma &
regula est. **T**emerariam autem multitudinem lo
co solitudinis: & nullius hominis habendam cense
mus. uel ad implendum locum qui solus esset: solitu
dinis supplementum exstimamus. **C**ui & ignora
ri: & deteriores quam sumus: uideri: fortasse non est i
utile. Sed multos habes tui similes. Hominum enim
præstantiam: non numerum: reputamus: cū quibus
nostri nos & bonos esse: & æquos. Quod & si solus eēs:
fatis nos abūdare testibus: neq; aliorum egere lau
dibus duceremus.

Hippolitioni.

Fatum tibi ad me: ut rogas: permitto. nullum
autem tibi securitatis iusiurandum damus: sed fidē.
quod si uerbis meis non credis: nunc profecto me in
iuria afficis. non quom mihi accusatus es: quom enī
non ignores: nemini me unquam fidem fregisse. Ac
si de me male sentias: petis iusiurandum. Verū quid
refert ad pietatem: iusiurandum ne an fides frangat?
utrunq; enim animus confirmat.

Polythimoni.

Si accepta ex tuis moribus coniectura: mihi nō
fidis: prudentiam meam: non malitiam: accusas. Sin
ex meis. mei ignorance plurimum aberras. Tantū

enim abest ut fidem frāgam: ut quom ex animi mei
sententia cæteris supra quam liceat: credam. ac si fir
miorem fidei pietatem habeant: sæpenumero dece
prus sim. Mihi igitur sine dolo & fraude fesus: nihil a
me iniusti perpetieris: sed apud omnes testimonio cō
firmare poteris: ea fide phalarī esse: ut neminem un
quam decipiat.

¶ Nyciā.

H Isdem de rebus quibus filium tuum odio ha
bes: qui mores tuos non imitatur: ab omnibus diligi
tur. ex quo intelligere potes: te his omnibus inuisum
esse qui eum amore profecuntur.

¶ Adimāntho.

A Vdio tibi esse cum fratre controuersiam: uter
uestrum sit peior: quom tu illum: ille cōtra te peiorē
attestetur. Ego autem arbitror uel potius compertum
habeo. Cæteris hominibus illū: te etiā illo iniqorem.

¶ Egestensibus.

D Olite meos exules recipere: nemo unquā pha
larim neque in bona: neque in mala referenda grā
uicit. Hoc uos ex leontinorum: & melitensium causa
probe intelligere potestis. quorum a lteris libertatis: le
ontis seruitutis auctores fuimus. His quod triremes
meas summerferunt. Melitensibus uero q̄ sūmerfas
recuperare curauerunt.

¶ Antistheni & thetimo.

A X his quæ mihi muneribus: antisthene partem
thetimus nihil accepit. Quamobrem alteri gratiam
habeo: de altero nihil q̄ror ille. n. quom accepit meas.
nō mīuit facultates. hic uero nullo me dāno affecit.

Menedi.

Non te peniteat bonum euasisse: si uis a paterna iniquitate alienus existimari. Aliter superioris temporis apud camarienses bonam de te opinionem amittes. Simulasse enim aliquando probitatem: non te ipsa bonus fuisse uideberis.

Epistrato.

Non secus quam ad fortunatum aliquem ad me scribere uideris. Ego autem conditionem meam tibi paucis explicabo. Scias me a prima infantia orbum fuisse. A iuuetate fati iniquitate patria exulasse. Res meas maiore ex parte amisisse. Barbaris educatum esse moribus. Ex omni terra iniuria affectum profugisse. Neque solum ab hostibus sed ab iis quos sum beneficiis persecutus insidiis circumueniri & tyrannum uitam in tyrannide deprecari. Si hoc inquam est fortunatum esse fortunati profecto sumus.

Onetori.

Quod tu & omnes amici hoc sane mihi facietis gratissimum: si nihil de me percotabimini neque curiosius inqretis: nisi quod ipse uoluerit. Eiusmodi enim fortuna opprimimur: ut nostra cognita condicione: letari magis inimici: quam in cognita aegre amici ferre possint.

Ilonico.

Aliorum qui me laeserunt inimicitias: ut horris libens obliuiscar. Mortalis enim quom simus: in mortale (ut aiunt) odium seruare minime decet. Pythionis autem aduersum me immanitatem: non modo

12
uiuus obliuioni n̄ mandabo: sed n̄ mortuus quidē:
quod omnibus uita functis: euenire consueuit. Quip
pe qui iniquitatē omnium maximā in me molitus ē. si q/
dem post meū exilium erythiā uxore quem eius nu/
ptiis recusatis: me sequi uellet ueneno necauit. ◦

¶ Tralinori.

◦ Astellū qđ tu dū oppugnaret reliquisti excursio
ne a teucro facta: ea celeritate euersum est: ut ocius id
captum: q̄ hanc epistolam scripta scias uelim. ◦

¶ Abaridi.

◦ **A** Vdiote clarorū uirorū: cōsuetudinis gratia: ex
hiperboreis ad n̄ras usq; regiōes aduentasse. Teq; &
pythagoræ phō: & stheficoro p̄ceta: & aliis q̄busdā
greecorū: p̄stātis illis cōgressū: & ab iis multa didicisse. Cu
pere autem te alios conuenire: qui te quas ignoras hi
storias doceant. Quod si ab iis qui me calumniant
antea persuasus es: esse me qualem pr̄dicant: haud
facile est dissuadere. Sin ueritatem: cum ab omnibus
tum maxime a sapientibus disquirendam cēses: ad
me uenias: quemadmodū plariq; alii clari uiri: me/
cū cōmoraturus. Ip̄a. n. noueris ex piētia: cætera apud
me & melius & hōestius: & si mihi de me ip̄o libere lo
qui licet: addo & hūanius quā pr̄sēs fortuna pati ui
deat: & disposita & constituta eē. phalarīq; q̄ hęc &
gubernat: & ornat: & nemie eorū q̄ maxime in his lau/
dantur: inferiore.

¶ Orsilocho.

◦ **S** I p̄pterea q̄ pythagoras philosophus se panūero a
m accersitus huc uēit: noluerit: quē admōum eū q̄ n̄
fugeret & cōsuetudinē laudasti mihi calūniā attulit quod

nūc ad me uenerit. & quintum iam mensem una me
cum in uoluptatibus sit: mihi profecto laudi est.
Apud me enim ne breui quidem momento perman-
sisset: nisi mores nostri conuenissent:

Egesippo.

MV fortasse & alii consanguinei qui ægre fertis
clisthenis exilium: eum sibi male consuluisse in his
quibus patria pulsus est: nūc tamen cognoscitis: quom
nullius remedii tempus sit: nisi poenitentia. Ego autē
quom inani gloria maxime in repu. uersaretur: tum
maiores in modum eius uicem dolebam. Et litteris
ad eum meis: rerum exitum testatus sum. Ipse uero
honorum uoluptate elatus agebatur: fortuuarū im-
memor. Et nos nugas & deliramenta scribere: tāquā reipu.
omnino ex parte arbitrabatur. Vel potius ac si tyran-
nidis nostræ gratia: nolemus quēpiam uidere recte re-
publi. administrantem: quo ad magis quam opus fu-
erit inflatus: suis ipse flatibus prostratus est. Suoq; nō
mediocri derimento: non phalarim ciuilibus guberna-
tionis propter principatū: sed se ipsum: uulgi penitus
ignarū cognouit. Eiusmodi namq; uulgus ē: ut ī ca-
lamitates se sequētes alliciat: & p̄cipia euentibus nō
cōsentiāt. Ego igit̄ & quicunq; nō omnino stultus est.
mallē ut incerta me multitudo sibilis: quā honoribus
p̄sequeret. Odiū namq; eius citius quā accēdat extinguit:
neq; quibus exardescit tēporibus ualde dānosū ē. Eius
autē beniuolentiæ opinio: exilia: mortes: p̄scriptiones
uel his nihil tollerabilius affert. Per Iouem maximū
egesippe: ut sc̄timus: sic te alloquimur. Populus. omnis

temerarius ē. demens desidiosus: p̄optissimus in
quodcūq; cōtigerit mutare sententiam: p̄fidus:incer
tus:uelox p̄ditor.fraudulētus. uoce t̄m utilis & ad irā
& laudē facilis.hoc ē ut q; ī agēda re.pu. p̄pulo: pla
cere amittit:hōestis p̄ereat cōtūeliis.Nōnulli t̄m adeo
īlaniūt: & temerario īpetu uel ea potius rabie p̄cipi
tes ferūt ut nō rātum filiorum fragrent desiderio. &
nuptiis intenti non libentius uxores conspicientur: &
pecuniagē cupidi non sic eis inuigilent:& artorum
belli quoq; olimpiconū agonum gratias:studiosi non
tantopere horum singulis delectentur:quā qui mise
ram gloriam:inanes honores:& plausū in suum:de
trimentum aucupantur. ¶ Quoq; uicem familiares
maxime dolore.Inimicos uero l̄etitia prosequi opor
tet.Vos at̄ clisthenis necessarii eū consolamini si for
sā iniquore aīo res hūanas patiat. Eiq; ne amplius his
se rebus īmiscat:ac si maiorē īmodū erret dissuadetis. ◦

Autonoā:

¶ Argentū tibi post acceptas litteras morati missiūs
